ra que audisti. Et ille dixit
ei. Etiam pater uerum est.
Nam frater qui dixit michi fi-
delis est. Et respondit senex
et dixit. Non est fidelis qui
dixit tibi. Nam si esset fide-
lis, nequaquam diceret ti-
bi talia. Deus enim audiens
uocem sodomorum non cre-
didit, donec descenderet et
uideret oculis suis. Et ille
dixit. Ego uidi oculis me-
is. Hec audiens senex re-
spexit in terram, et uidit
paruam festucam et di-
xit ei. Quid est hoc? Et ille
respondit. Festuca est. Ite-
rum in[illegible] senex tec-
tum [illegible] et dixit ei. Quid
[illegible] est? Et ille dixit. Trabes
est que portat tectum. Et
dixit ei senex. Pone in cor-
de tuo, quia peccata tu-
a sic sunt sicut trabs hec.
Illius autem fratris de quo lo-
queris uelut hec parua fe-
stuca. Audiens abbas Sisoi
hunc sermonem, admira-
tus est et dixit. In quo te

beatum faciam abbas pi-
stor. Verumtamen ue-
lut lapis preciosus, ita
ubi tua gratia et gloria plena
sunt.
Conuenerunt aliquando [illegible]
[illegible]biteri regionis illius in
monasterio [illegible]
[illegible] erat et abbas pistor [illegible]
intrauit abbas Anub [illegible]
dixit ei. Rogamus presbiter
nos illos hodie accipere
hic in caritate domini dei.
Ille autem stans diu, non
reddidit responsum. Abbas
uero Anub contristatus
exiuit. Dixerunt abbati pa-
stori qui iuxta eum sede-
bant. Quare non reddidisti ei
responsum? Et dixit eis
abbas pastor. Ego causam
non habeo. Iam enim mortu-
us sum. Mortuus autem
non loquitur. Non [illegible]
puto me quia hic inter
nos sum [illegible]
Fuit quidam frater aliquan-
do in monasterio abbatis
pastoris peregrinus et appli-

recto

ei que in testi. Et ille dixit
ei. Etiam pater uerum est.
Nam si quis dixit michi fi
delis est. Et respondit senex
et dixit. Non est frater qui
dixit tibi. Nam si esset fide
lis, nequaquam diceret ti
bi talia. Deus enim audiens
uocem susurronum non ex
audit. [illegible] deficeret et
aruerunt oculis suis. et ille
dixit. Ego uidi oculis me
is. Hec audiens senex re
spexit in terram. et tulit
paruam festucam et di
xit ei. Quid est hoc. Et ille
respondit. festuca est. Ite
rum in [illegible] senex aspi
ciens [illegible] et dixit [illegible]
[illegible] Et ille dixit. Trabs
[illegible] portat tectum. Et
dixit ei senex. Pone in cor
de tuo. quia peccata tua
sic sunt sicut trabs hec.
Illius autem fratris de quo lo
queris uelut hec parua fe
stuca. Audiens abbas Siso
hunc sermonem. admira
tus est et dixit. In quo te

beatum faciam abbas pi
orem. Verum tamen ce
lat lapis preciosus. tam
diu tua gra et gla plena
sunt.

Venerunt aliquando pres
biteri regionis illius
in monasterium quoddam. ubi
erat et abbas pistor. Et
intrauit abbas Annub
dixit ei. Rogemus presbite
ros istos hodie accipere
hic in caritate dona dei.
Ille autem stans diu. non
dedit responsum. Abbas
uero Anub contristatus
exiuit. Dixerunt abbati pa
stori. qui iuxta eum sede
bant. Quare non dedisti ei
responsum. Et dixit ei
abbas pistor. Ego causam
non habeo cum eis. mortu
us sum. Mortuus autem
non loquitur. Non
puto me. quia hic inter
nos sum [illegible]

Abiit quidam frater aliqui
do de monasterio abbatis
pistoris peregre. et appli

64R

verso

aut ad quendam solitari
um. Erat enim ille habens
cum omnibus caritatem. et
multi ueniebant ad eum.
Nunciauit autem ei frater il
le: quaedam de abbate pasto
re. Qui audiens uirtutem
animi eius. desiderauit eum
uidere. Cum autem reuersus
esset ille frater in egypto. post ali
quantum temporis surgens
supra dictus solitarius ue
nit peregrinus in egypto ad
eundem fratrem. qui prius ap
plicuerat aput ipsum., di
xerat enim ei ubi maneret
Uidens autem eum ille mira
tus est. et ualde gauisus. Di
xit autem ei ille solitarius.
Ostende caritatem quam
habes in me. et duc me ad
abbatem pastorem. Et tol
lens eum duxit ad senem.
et nunciauit ei. deeo
dicens. Quidam magnus
homo et multam caritatem
habens. et honorem plurimum
in patria sua. uenit deside
rans te uidere. Suscepit

ergo eum cum gratulatione se
nex. et salutantes inuicem
resederunt. Cepit autem loqui
peregrinus ille frater de scrip
turis sanctis. et de rebus caele
stibus. abbas autem pastor a
uertit faciem suam et non
ei dedit responsum. Uidens
autem ille quia non loquere
tur cum eo. contristatus exi
it. et dixit fratri illi qui eum
adduxerat. in uanum iter
istud assumpsi. Ueni enim ad
senem. et ecce nec loqui me
cum dignatur. Intrauit autem
frater ille ad abbatem pastorem.
et dixit ei. Abba propter te.
uenit magnus hic uir. ha
bens tantam gloriam in loco suo.
Quare non locutus es cum
eo. Respondit ei senex. Iste
de sursum est et de caelestibus
loquitur. ego autem dede
orsum sum. et terrena lo
quor. Si ergo michi locutus fu
isset de passionibus animae. ego
utique respondissem ei. si autem
de spiritalibus. ego hoc ignoro.
Exiens ergo frater. dixit illi. quia

verso